

D. I A C O B I M E N O C H I I
I V R I S C O N S U L T I
D E P R A E S V M P T I O N I B U S , C O N I E C T V R I S ,
S i g n i s , & i n d i c i s , q u i v e r s a n t u r c i r c a i u d i c i a .
L I B E R S E C V N D V S .
P R A E F A T I O .

Disputauimus superiori libro de illis iuris questionibus, que in vniuersum circa presumptiones, conjecturas, signa, & indicia, siue illa iuris, & de iure, siue iuris tantum, siue hominis sint, versantur. Nunc de singulis ipsis presumptionibus, conjecturis, signis, & indiciis dicendum est. Cum autem ad iudicia ipsa omnia tandem referantur, quippe, quod illud ipsum sit, quo presumptiones, conjecturæque omnes, & exillis contentiones, & lites terminantur, atque definitiuntur, visum est recte satis priori loco agere de presumptionibus illis, que circa ipsa iudicia versantur. Verum quoniam iudiciorum, aliorumque actuum primum est fundamentum lex ipsa, ea propter à presumptionibus, & conjecturis, que circa ipsas leges tam scriptas, quam non scriptas, ac tam vniuersales, quam singulares sunt, initium sumere consentaneum esse existimauimus.

Leges generales, presumi iustè, & sancte conditas, & promulgatas, & quid de legibus municipalibus, & consuetudinibus?

S V M M A R I V M .

- 1 Legem communem, iustè, & sancte conditam, presumptio est.
- 2 Statutum iustè conditum, & promulgatum presumitur.
- 3 Statutum ita est interpretandum, ne fine ratione statuentes ilud edidisse videantur.
- 4 Consuetudo presumitur iusta, ac magna cum ratione introducta.
- 5 Lex sancta, & honesta esse debet.
- 6 Lex quid sit.
- 7 Legem quomodo definiunt Cicero, & Demosthenes.
- 8 Lex communis siue municipalis iniusta, non est obseruanda.
- 9 Iudex iurans obseruare leges, & statuta eiusum, non tenetur ad iniquam.
- 10 Lex iniqua nec in foro conscientiae obligat.

P R A E S V M P T . I .

Cum lites, vel instituantur, vel definiantur legib. statutis, consuetudinibus, & principum rescriptis, non erit ab instituto nostro longè alienum, hic distingue de presumptionibus, que circa prædicta versantur. Et prius explicabimus de legibus vniuersalibns, neque legibus communibus, statutis, & consuetudinibus. Deinde de particularibus, hoc est, de rescriptis principiū. Dicimus itaque presumptionē esse, qd lex cois fuerit iusta, & sancte condita. Ita docuit Lucas de Pen. in l. 3. in p. 92. C. 2. de apochis pub. lib. 10. Ita quoque statutū presumitū st̄e, & sancte conditum, & promulgatum, scripserunt Dyn. Bal. & alij nonnulli congregati Tiraq. in tract. de retrac. confan. in procemio, n. 77. Quibus accedit Alex. in cōf. 36. nu. 16. in fin. lib. 6. Curt. Iun. in cōf. 5. col. 12. & Crau. in cōf. 25. q. 6. qui responderunt statutū t̄ ita debere interpretari, ne sine ratione statuēt illud edidisse videātur. Ita pariter consuetudo t̄ presumitur iusta, & sancte, ac magna cum ratione introducta, cā, frusta, vbi Archid. dist. 8. & manifeste Bal. in l. de quib. col. 10. versic. item valer. ff. de legib. Et idē in c. cū venissent de eo, qui mit-

Liber Secundus,

Præsumpt. II.

& iure, est etiam hic obseruandum, leges & statuta p̄t̄sumi favorabilia, non autem odiosa, ita Bal. in l. vlt. C. qui ad liber. peruen. non poss. Alex. in conf. 197. num. 3. lib. 7. Vitalis de Cambis in tract. clausularum, in clausula 52. col. 7. Tiraq. in tract. de retractatu confang. 29. in prefatione, num. 56. & Rota Rom. in decis. 17. nu. 3. parte prima in nouissimè impressis.

Leges, & statuta an usū recepta, & obseruari præsumantur, & an scire recepta statuta ligant ciues ipsos contrahentes, vel disponentes suā in ciuitate, sic etiam ligare præsumantur, si extra territorium aliquid faciunt.

S V M M A R I V M .

- 1 Leges non receptas non ligare.
- 2 Leges usū receptas non presumi.
- 3 Facta non presumi.
- 4 Leges presumi in viridi obseruancia.
- 5 Statutum posse ligare ciues suos, ne etiam extra territorium possint actuā aliquem facere.
- 6 Statutum claris verbis conceptum prohibere ciues suos ne extra territorium etiam actum facere possint.
- 7 Statutum tribuens formam certo actū, non ligare ciues extra territorium actum illum facientes, aut in loco exemplo. nu. 8.
- 9 Statutum inhabilitans personas ob defectum atatis aut sexus comprehendit ciues.
- 10 Interdictū bonis non posse etiam extra territorium contrahere. & num. 14.
- 11 Statutum non ligat ciuem mutantem domicilium, & ibi bona acquirentem.
- 12 Statutum inhabilitans personam ratione forma extendit etiā extra territorium.
- 13 Statutum dicitur ius commune ciuitatum.
- 14 Pupilli, minoris & furiosi, ubique tales habentur, ideo nullibi contrahere possunt.
- 15 Ciuis contrahens cum extero, ignaro statuti ciuitatis illius ciuius, non ligatur statuto.
- 16 Statutum odiosum inhabilitans ciuem non extendi extra territorium.
- 17 Statuti verba concepta in rem respectu rei comprehendunt ciuem contrahentem extraterritorium.

P R A E S V M P T . II .

NON certe satis est leges fuisse à legumlatoribus conditas, & promulgatas, nisi & ciues ipsi eas recipiant ac usū comprobent. Nam si non recipiantur, & nec ciues illos præsentis, nec futuros, suo adstringent vinculo, quemadmodum omnium est sententia in c. 1. de treuga & pace. & copiosè disserunt Soc. iun. in conf. 32. nu. 44. & in conf. 126. nu. 25. lib. 3. & Roland. à Valle in tract. de lucro dotis, q. 99. cateros sciens prætero. Dubitari autem sapere contingit, an postea quam lex condita, & promulgata fuit, præsumatur usū hominum recepta & comprobata. Quia in re una cum Socin. iun. in d. conf. 32. nu. 47. lib. 3. existimatē t̄ non præsumi usū fuisse receptam. Ratio, quia sic & priuilegia, quæ dicuntur priuata, id est singulare leges, non præsumuntur usū recepta. Bertrand. conf. 149. num. 2. lib. 1. & confil. 130. num. 3. lib. 2. Hora. Mandos. in tract. de priuileg. ad instar. gl. 15. num. 56. quod fuerit siquies usū recepta, est quid facti, quod t̄ non præsumitur, l. in bello. §. facti. fide capt. & postul. reuerſi. & dicemus infra lib. 6. in præsumpt. 36. Nec huic nostræ, Socinique sententia repugnat auctoritates Decij in conf. 649. num. 10. Curt. iun. in conf. 129. num. 12. Gozad. in confil. 16. num. 16. Natt. in conf. 340. num. 11. lib. 2. Roland. in confil. 90. nu. 53. lib. 1. & aperiens Rotæ Rom. in decis. 775. nu. 1.

in 1. pat. in nouiss. edit. & Benint. decis. 13. nu. 9. qui vici sunt affirmare, præsumi leges iam editas, fuisse ab hominibus receptas, usū comprobatas, si quidem nec lege, nec ratione suam illam assertiōnem probarunt, nec ad rem illud facit, quod ait inter ceteros Gozad. legē semper esse in viridi obseruancia, vt ex l. Adr. §. vltim. C. de hær. scribunt Bart. & Socin. Sen. in l. si mihi & tibi. §. de legatis. colum. 2. de leg. l. idem Bartol. in l. certa forma. num. 11. C. de iure fisci, lib. 10. Nam præter id quod respondet Soc. iun. in d. conf. 32. num. 47. facile possumus satisfacere, nempe legem præsumi t̄ semper in viridi obseruancia, dato scilicet ipso initio obseruationis. Si enim semel cepta est obseruari præsumitur adhuc in præsentia ciuitatum obseruantia, atque ita esse in viridi obseruancia. Sed non hinc fit, quod ab initio præsumi debeat recepta & obsernata. Est altera hic explananda dubitatio an scilicet, quemadmodum statuta usū ciuium recepta ligant ciues ipsos in ciuitate aliquid facientes, sic etiam ligent, si foris aliquid agunt? Distinguenda est hic primum voluntas à potentia. Quod t̄ statuentes possint statuto ligare ciues etiam extra territorium aetū conſicientes, apud me est certum & pasim sine controvēſia admittunt DD. Ita sanè Bart. in l. cunctos populos. q. 8. C. de sum. Trinit. & fide Cathol. Bald. in confil. 456. Seia origine paterna. col. 3. vers. præterea statutum Parma. lib. 1. Rom. in confil. 39. col. 1. apertius Alex. in confil. 41. num. 6. lib. 4. Rochus de Cur. in tract. de consuetudine. q. 13. Bothæus in tract. de Synodo. part. 3. num. 22. Iaf. in confil. 59. lib. 3. Marfil. in l. vlt. num. 142. de iuris. omn. iudic. Ruin. in confil. 160. num. 3. verific. si vero loquitur in personam. lib. 4. Roland. in confil. 33. nu. 46. lib. 3. Burlat. in confil. 307. num. 5. lib. 3. dissentit à prædictis vñus tantū sibi parum constans Ruin. in confil. 52. nu. 14. lib. 2. cuius argumenta facile est confutare. Quo vero ad voluntatem, an scilicet statuentes voluerint comprehendere ciues extra territorium actum cōſcientes? sunt consideranda statuti verba, sicuti admonet Bart. & reliqui quos statutum refert, & proprieſea distinguendi sunt aliquot casus.

Primus est casus, quando statutum habet verba concepta in personam, & clare prohibet actum fieri etiam extra territorium. Exemplum est in statuto Mantuano quo cautum est, quod in conficiendis testamentis a ciuibus Mantuanis etiam extra urbem Mantua, adhibeatur testes Mantuanii si haberit poterunt. Hoc sanè casu clarum est statutum ligare ipsos ciues extra urbē testamento confidentes. Ita in specie d. stat. refondit Ruin. confil. 3. nu. 13. lib. 2. & statuti Mantuani sic disponentis verba refert Io. Petr. Surd. in d. decis. 129. num. 18.

Secundus est casus, quando verba statuti simpliciter prolatæ, siue dubia sunt concepta in personam, quod statutum ipsum inabilitat, non quidem respectu integrandi personam ipsum, sed respectu solemnitatis, & forma t̄ p̄t̄cipientis probationem confecti actus, vel alia similem solemnitatem, vt si statutum disponit, t̄ quod ciuis non possit contrahere, sed de contractu confici facere instrumentum, nisi adhibitis duobus notarijs, vel tribus testibus. Hoc sanè casu statutum non comprehēdit ciuem contrahentem extra ciuitatem eiusque territorium. Ita intelligo loqui Bart. in l. cunctos pop. num. 32. vers. aut statuta sunt prohibitia ratione solemnitatis, C. de sum. Trinit. & fide Cath. Abb. in confil. 52. num. 2. & 3. lib. 2. & Gozad. confil. 49. num. 15. Ita & statutum quod in testamentis confirmandis seruari debeat certa solemnitas probatoria intelligitur, siue in loco conficitur testamentum, securus si extra territorium, sicuti resp. Ang. in confil. 233. num. 2. qui idem esse dixit, quando in eadem ciuitate, sed in loco p̄ exempto, vt puta in aliquo monasterio testator disponat. Et Ang. secuti sunt Crau. confil. 918. num. 6. lib. 5. Natt. confil. 643. col. 1. lib. 4. & Rol.

Rol. cons. 3. lib. 3. qui quidem tres per celebres iuris consulti de eadē factū specie interrogati, nemp̄ super testā Comitis Renati Chialant conditi in monasterio S. Hieronymi huius ciuitatis Mediol. non obseruata solemnitate requisita a statuto ipsius Ciuitatis. Et hoc securus est Ioseph Lud. in suis concl. in concl. 62. etiā Surd. in d. decīs. 129. num. 18. dissentit. Et huius traditionis est ratio, quia quoad solemnitatem probatoriam attēdit locū, vbi auctō ipse conficitur. I. 2. C. quemad. test. aper. quam ad rem nostram alleg. Bart. in d. l. cunct. pop. nu. 14. C. de sum. Trin. & fid. Cath. & late post alios respon. Cravet. in cons. 273. nu. 1. Et ratio rationis est, quia ad euitandum falsitatem ita prōdici facile potest statuto loci contractus, quam statuto originis, vel domiciliū contrahentium, quod non est ita quando solemnitas a statuto requirit ad integrandam personam ipsorum contrahentium, & disponentium, ut dicimus in casibus subsequentibus.

Tertius est casus, quando statutum simpliciter & absolute inabilitat personam ne contrahat, vel aliū aīū conficiat ob defectum aetatis, vel sexus, vt si statutum disponat, quod minor contrahere non possit, vel quod mulier legare non valeat aliquid marito. Hoc sanè casu, qui suorabilis est, statutum comprehendit etiam ciuem contrahentem, vel testantem extra ciuitatis territorium, ita Bart. in l. cunct. pop. nu. 32. vers. aut statutum est prohibitiuum in personam, quem sic intelligent ibid. Salic. col. 6. vers. si vero est prohibitiuum. & Caccia-lop. nu. 105. Rom. cons. 39. nu. 1. Barb. cons. vlt. col. 19. lib. 3. Alex. cons. 41. nu. 7. lib. 5. Corn. cons. 241. num. 4. lib. 2. Soc. Sen. cons. 239. nu. 3. lib. 2. Ias. cons. 48. col. penult. vers. Nec prædictis obstat. lib. 1. Ruin. cons. 201. num. 8. lib. 1. & cons. 160. num. 3. vers. secundus casus. lib. 4. Dec. in l. vlt. num. 13. ff. de iuris. omn. iudic. & ibid. Mars. num. 142. Paris. cons. 99. num. 56. lib. 1. Rub. cons. 45. num. 3. & cons. 71. nu. 10. Curt. Iun. cons. 6. nu. 2. cons. 9. nu. 3. lib. 1. & cons. 236. nu. 4. Melch. Palaez in tract. Maiorat. in 1. part. q. 5. nu. 23. 28. & 29. Nat. cons. 468. nu. 2. lib. 2. & doctis. præfes Morotius cons. 53. num. 11. vers. his sic premisis. Hanc traditionem eo simili proibuit Bart. quod interdictus bonis & suo in iudicio, & foro, non etiam potest in alieno contrahere & disponente, quia interdictio ei facta favorabilis est, ne cum vel furiōs vel prodigis sit intellectuque careat, facile decipiatur. I. cui bonis. ff. de verb. vbi Doc. & probat. I. Julianus. ff. de curat. furio. verē nemō est qui hoc in casu alteri sentiat. Potest enim statutum ciues suos inhabiles reddere, ne ob aliquam causam contrahant, sicuti scribunt præfati doct. Et accedit, quod post Gem. Franc. & Feder. de Sen. tradit. Roch. Curt. in tract. de consuet. sect. 9. q. 11. ptinc. nu. 24. vers. limita modo. cum dixit statutum puniens contrahentem extra municipium valere, & ob id puniri ciuem, qui sciens statutum dispositionem extra territorium contrahit. Idem respon. Soc. Sen. cons. 302. num. 4. vers. Nam doct. lib. 2. qui refert sic sensisse Bart. in l. cunct. pop. q. 8.

Declaratur hic casus, vt locum non habeat, & quando ciuis mutasset domicilium, & ibi acquisisset bona. Nā tūc respectu illorum bonorum statutum loci primi domicilii non impedit ipsum ciuem de illis bonis disponente, atque ita sua ciuitatis statuto non ligatur. Ita in spezie scripserunt Salic. in d. l. cunct. pop. col. 6. vers. & hoc satis. Alex. cons. 41. num. 7. lib. 5. & Bursat. cons. 206. nu. 10. vers. secundū. & cons. 307. nu. 78. vers. secundū dicta.

Quartus est casus, quando statutum inabilitat personam limitate, hoc est respectu & formæ, & solemnitatis introduce ad integrandam personam ipsius contrahentis, vel aliorum facientis, quæ ob debilitatem sexus vel etatis facile decipi potest, vt si statutum disponit, quod mulier, vel minor contrahere non possit sine

ratio. & cons. 73. nu. 6. III. Corn. cons. 241. num. 4. lib. 2. IV. Crot. in l. omnes pop. num. 25. 4. ff. de iustit. & iure. allegatus à Lamberteng. qui tamē non loquitur hoc in casu. V. Durand. in tract. de art. testan. in tit. de testam. caut. 6. VI. Ruin. sibi parum constans cons. 201. nu. 8. & consil. 21. col. 2. versicul. & similiter. lib. 1. & consil. 13. num. 14. lib. 2. VII. Boer. in commen. ad consuet. Biturig. §. 4. glos. non peuit doner. num. 1. dum allegat Aret. in dicto consil. 5. 4. & 7. VIII. Cephal. consil. 324. num. 23. lib. 3. qui testatur secundum hanc opinionem iudicasse Senat. Mediolanen. quod verum minimè credo. IX. Lamberteng. loco supra allegato. Ea ratione iij moti sunt, quod locus vbi celebratur contractus, spectatur respectu formæ, & solemnitatis adhibent in contractu. Quæ quidem ratio non conuenit casui nostro, in quo agitur de ea solemnitate & forma, quæ adhibetur ad integrandam personam, quam alioqui statuentes iudicarunt minus habilem & idoneam ad contrahendum, sicuti diximus supra.

Et prædicta quidem recepta opinio locū habet multò magis, quando mulier vel minor data opera exiret ciuitatem eiusque territorium, vt contraheret. Nam tunc sine controversia contractus sine consensu, vel auctoritate propinquorum minoris, vel mulieris nullius esset momenti, vt in specie tradunt Aret. consil. 54. col. 2. vers. ex quo est concludendum. & consil. 73. col. 3. vers. fatendum est igitur. Paris. consil. 99. num. 57. lib. 1. Tiraq. in d. gl. 8. num. 217. in fin. Rol. consil. 3. num. 46. vers. respondet. lib. 3. Ioseph Ludouic. in suis conclus. conclus. 62. col. 2. vers. prædicta omnia, & Lamberteng. in d. glos. 2. in verbo, mulierum. num. 53. & securus sum in d. consil. 819. num. 14. lib. 9.

Declaratur hic casus, vt locum non habeat quando Ciuis contrahit extra sua ciuitatis territorium cum extero & qui ignorabat statutum Ciuitatis illius ciuius secū contrahentis. Nā tunc contractus iste non redditur nullus statuto prædicto, cū non præsumatur fuisse mentis statuentium velle decipere exterum illum. Ita post Anch. in repet. e. canonū statuta. q. 12. princ. de consil. scripserunt Caccia. in d. l. cunct. pop. nu. 106. C. de sum. Trin. & fid. Cath. Alex. cons. 41. lib. 5. Roch. Curt. in tract. de consuet. sect. 9. q. 12. princ. num. 24. Paris. consil. 69. num. 68. lib. 1. Franc. decīs. 72. numer. 3. in fi. qui testatur sic iudicasse Consil. Neapol. & hæc est magis recepta opinio aduersus Ruin. consil. 160. num. 4. lib. 3. & Tiraquel. de ll. connub. ii. gl. 8. alias 6. q. 26.

Quintus est casus, quando verba dubia statuti sunt concepta in personam respectu ipsius personæ, & quam statutum inabilitat, & prohibito est odiosa. Hoc casu non præsumitur, quod statuentes voluerint ligare ciuem contrahentem, vel disponentem extra territorium. Ita Bart. in d. l. cunct. pop. num. 32. vers. aut statutū continet prohibitionē odiosam, & ibidem Salic. col. 6. vers. aut statutum. Barb. cons. vlt. col. 19. lib. 3. Comens. consil. 241. nu. 6. lib. 2. & consil. 232. num. 3. lib. 4. & Crav. consil. 30. num. 30. exemplum attulit Bart. vt si statutum disponit, quod filia non succedat. Hoc sanè statutū esse odiosum quod feminas. quæ aduersus iuris comm. cōstitutiones excluduntur. I. max. vitium. C. de lib. præter. & tradit. Dec. in l. venia. num. 4. C. de in ius vocan. alios sciēs omittit. Non ergo extenditur extra territorio sicut præcipito in loco scripti Bar. quem securi sunt Castr. consil. 224. circa primam. lib. 1. Dec. consil. 314. num. 6. Rub. consil. 136. num. 2. & Curt. Iun. consil. 9. num. 4. qui declarat non procedere in statuto excludente cognatos propter agnatos, quod dicit esse favorabile, vnum hoc est, quod quoad terminos huius casus Curt. sequitur ipsum Bart. quem etiam post multis probavit Rot. Rom. vt refert. Put. decīs. 29. lib. 2. qui declarat non procedere quando adeat contrarius usus, & accedunt Rot. Rom.

decīs. 265. nu. 2. lib. 1. in nouiss. Cravet. consil. 467. nu. 5. lib. 3. Roland. de lucr. dot. quæst. 20. nu. 14. Poteſt etiam afferi exempli in statuto, quod prohibet vxorem posse testari sine consensu mariti. Hoc sanè statutum est odiosum, & ob id non ligat mulierem conficiente testamētum extra sua ciuitatis territorium. Ita egregiè respondit Corn. consil. 241. nu. 6. lib. 2. est & aliud exemplum, de quo respondit idem Corn. consil. 232. num. 4. & 6. lib. 4. quando statutum prohibet Ciues ne confici nec rogari faciant instr. ab alio quam à notario ipsius Ciuitatis, alioquin non valeant. Hoc sanè statutum tāquam odiosum non comprehendit instr. rogatum à notario forensi extra Ciuitatem, & territorium.

17 Sextus est casus, quād verba dubia & sunt concepta in rem, respectu rei, vt statutum prohibet rem alienari extra Consules. Hoc casu statutum comprehendit etiā ciuem contrahentem, vel disponentem extra territorium. Ita Bar. in d. l. cunct. pop. nu. 32. versicul. aut statutum est prohibituum in rem, & ibid. Salic. col. 6. vers. si vero est. & Alciat. in respon. 75. 9. qui sic intelligitur, & declarat nouam constitutionem Mediol. de donationib. & si Alba consil. 70. nu. 2. dixit verba esse concepta in personam. ea ratione motus est Bar. quod cum statutum afficiat rem, impedit omnem dominij translationem. Iea leg. ff. de condic. ob caus. l. ff. de fun. dot. l. vnica. §. cum lex. C. de rei vxo. act. & in instit. quib. alien. lic. vel non.

Leges editas & promulgatas, presumti ab omnibus cognitis : Et aliqua egregia declarationes enumerantur.

S V M M A R I V M.

Leges & iura quilibet scire presumit.

Leges municipales presumuntur ciuibus cognitis post publicationem.

Consuetudo omnibus cognita presumitur, qui eo in loco vbi introducta est, habitant.

Consuetudinem vulgatam locorum, princeps cognitam habere presumitur.

Editum magistratus post publicationem, omnibus notum presumitur.

Exterus presumitur ignorare leges illius loci vbi reperitur.

Exterus quando excusatetur a delicto contra leges ciuitatis commisso.

Exterus bannitum receptans, quomodo excusatetur.

Mulier legum dispositiones presumitur ignorare.

Legis, vel statuti dispositionem, quodam dannum, & odium terrii, nemo presumitur scire.

Legem extraugantem, quilibet presumitur ignorare.

P R A E S U M P T . III.

P Ostea quam cōditæ ac promulgatae sunt leges, præsumptio insurgit, ab omnib. fuisse cognitas, & propterea dicimus, quilibet præsumi scire t̄ iura & leges. Ita scribunt glos. in cap. proposūisti. in verbo, non probatur. dist. 8. 2. & in c. 1. de postul. prælat. ex illo text. inn. in c. 2. num. 4. de constit. Abb. in cap. pastoralis. col. 1. in fin. de fide infirmum. consil. 35. col. 1. lib. 1. Salic. in l. senatus. in fi. C. de his, qui sibi scribit. Dec. in d. c. 1. in 17. nob. tab. de postul. prælat. Et non solum presumitur nuda ipsa scientia promulgationis legis, sed etiam cognitio dispositionis eius. leg. sacratissimæ. C. de legib. reg. ff. de iuris & facti ignor. & in §. 1. in Authen. de incestis nuptijs. & scribunt Alciat. in tract. de præsumptio. reg. 3. præsumpt. 31. num. 1. & ante eum Dyrus in c. præsumitur. nu. 3. de reg. iur. in 6. Et idem quod de legib. omnibus communibus dicendum est de municipalibus, nem. p̄e statutis. Nam & hæc presumuntur ciuibus t̄ cognitas, postea-